A. 2. Forma, quæ in conatu Satanico conſiſtit triplici. Nam DOMINUM reddere conatur;

- 1. Dubium de voce illa cœleſti: Tu es Filius meus dilectus, Matth. 3,17. Obſervetur autem,
  - 1. Objectio, & Argumentum Satanicum, ab impoſſibili. Si Filius DEI es, jube ut lapides hi panes fiant, v. 3. Atqui hoc non potes efficere, alioqui non eſurires. Ergò Filius DEI non es: ſed miſer tantùm Homo, cui jam jam fame moriendum eſt.
  - 2. Solutio Chriſti, à non neceſſario ex Scriptura, Deut. 8. 3. Cæterùm cùm fieri non poſſit, ut DEus eſuriat, Pſ. 50, 12. 13 DOMINUS ſolummodò, quà Homo reſpondet. Et argumentari videtur à minori ad majus per Comparationem: Si Filij hominum non vivunt ſolo pane; ſed quovis Verbo DEI: multò certè minus DEI Filius ex pane vivet. Atqui prius verum. Ergò & poſterius.
- 2. Confidentem nimis, de eadem voce illa cœleſti. Commemoratur v. hoc loco,
  - 1. Diaboli, tùm
    - 1. Πραχθὲν Chriſtum
      - 1. Abducit ſecum è deſerto in ſanctam Civitatem, v. 5.
      - 2. Statuit ſuper pinnaculum Templi, ibid.
    - 2. Λεχθὲν, κατ' ἔνστασιν.
      - 1. Propoſitio: Si Filius DEI es, præcipita te deorſum, v. 6.
      - 2. Ratio à tuto, ex Pſal. 91, 11. ibid.
  - 2. CHRISTI ἀντίστασις κατὰ τὸ βίαιον· Nam Scripturam, non Scripturæ quidem: ſed depravationi ejus opponit, v. 7. ex Deut. 6, 16.
- 3. Apoſtatam Hic demum apertè ſe prodit Spiritus mendax quid quærat. Hoc nim. ut Filium à Patre avellat & ſibi devinciat. Attendatur
  - 1. Tentatoris Diaboli
    - 1. Factum idq; rurſus geminum;
      - 1. Subductio in montem valdè excelſum, v. 8.
      - 2. Commonſtratio Regnorum Mundi & Gloriæ eorum, ibid.
    - 2. Promiſſum hypotheticum, v. 9.
  - 2. CHRISTI reſponſum, tùm ad
    - 1. Perſonam: Abi in malam rem &c. v. 10.
    - 2. Rem ipſam, ibid. ex Deut. 6, 13. & 10. 12. 20.

Reminiſcere, Matth. 15, 21——28.

Mulier quædam Chananæa, h. l. pro filia ſua Dæmoniaca, Chriſto fit ſupplex. Ponitur autem Orationis ejus ſupplicis,

- 1. Occaſio, quam ipſi præbuit DOMINI ſeceſſus in Partes Tyri & Sidonis, v. 21.
- 2. Forma, ad quam pertinent:
  - 1. Verba mulieris formalia, cujus duæ ſunt partes:
    - 1. Propoſitio: Miſerere mei DOMINE, fili David, v. 22.
    - 2. Ratio à neceſſ. ib. obſerva auxeſin. Summa me urget neceſſitas ratione
      - 1. Subjecti patientis: Filia mea eſt, quæ affligitur.
      - 2. Modi, κακῶς: graviſſimè affligitur.
      - 3. Efficientis Cacodæmonis.
  - 2. Interceſſio Diſcipulorum, v. 23.
    - 1. Cauſata ex indignatione,
      - 1. Silentij DOMINICI, v. 23.
      - 2. Clamoris fœminei, ibid.
    - 2. Rejecta à DOMINO ex loco Repugnantium. Nam cum ſuo officio pugnare docet, præteritis Judæis, Gentiles curare, v. 24.
  - 3. Inſtantia fœminæ, v. 25. quam excipit,
    - 1. Ἀντίστασις Chriſti ab inhoneſto, v. 26.
    - 2. Inverſio allati Argumenti ab honeſto ſeu jure Catellorum, συγχωρήσει limitata, v. 27.
- 3. Eventus, vide Litt. B.